



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXCVI. De Fratre Conrado Magistro terrae Pruschia An. MCCLXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hartmannus C. de Heldungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Provinc. Prussia.

CAP. CXCV.

Fugā Sudowitarum.

Eodem tempore Sudovitæ volentes vindictam sumere de præmissis, cum modico exercitu intraverunt terram Na-
ctangiæ & depopulatæ quadam parte ipsius modicæ recesserunt,
quos fratres cum suis armigeris violenter insequentes occisis
plurimis & lethaliter vulneratis, aliis cum verecundia effuge-
runt.

CAP. CXCVI.

*Fratre Conrado Magistro terræ Pru-
schiæ An. MCCLXXIX.*

Frater Conradus de (a) Wuchvangen Magister Pruschiæ de-
cimus, præfuit i. anno. Hic mortuo fratre Conrado de Tier-
berg Magistro terræ Pruschiæ, & fratre (b) Ornesto Magistro
terræ Livoniæ ab infidelibus occiso, nunciis utriusque terræ à
Magistro generali potentibus, datus fuit & Pruschiæ & Livoniæ
Fratribus in Magistrum An. Dn. MCCLXXX. sed elapso uno
anno cum sentiret, quod non sufficeret ad utriusque terræ regi-
men, resignato officio suo in Pruschia, Magister solius terræ
Livoniæ remansit.

ANIMADVERSIONES.

(a) Recentiores vocant Feuchtwangen.

(b) Ernst. Vocatur in Chron. Antiq. Germ. Regiomont.

E. M.

CAP.